



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Sol Triplex In Eodem Universo**

**Hermann, Amand**

**Sultzbaci, 1676**

Author de Opere suo quoad Materias.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)



*Author de Opere suo quoad Materias.*

**U**T mala mixta bonis, mea propria sic alienis,  
Defere deterius, sed meliora proba.  
Non mea cuncta, liquet; collegi dogmata Patrum,  
Atque dedi facilem cum Ratione Modum.

*Author de Opere suo quoad Errores  
Typographicos.*

**R**Habet Aufonium Liber hic, simul atque Pelasum,  
Insuper Hebraum, Lector amice viden'!  
Proles hæc luci est distantibus edita Terris,  
Defuit hinc Patris Lima, Nitela, Labor.  
Excusa naves, lege rem, pro me applico verfum:  
Pauci sunt visi, qui caruere nisi.

*Ad Authorem.*

**N**on inconcinne Plato indigita verat hortum  
Philosophiam, ex quo carpere docta licet.  
Hortustalis hic est Liber, est Viridarius Author,  
In quo tot flores, verbo quot intus habes.  
Subtili calamo, subtilem Scotum imitatus,  
ADque MANUS Sophiam DAS levioRE MANU.  
Philosophis ideo tu semper Author AMANDUS,  
Uno qui reliquis das meliora Tomo,  
Hinc Tibi semper honos, dignæ laudesque manebunt,  
Nomen, & omen habes, Author AMANDUS eris.

*DICAVerat, & gratiVatVs erat piissimis  
VotIs,*

Fr. Hieronymus Ebenauer, Ord. FF. Erem.  
S. P. Augustini, Micro-Pragæ ad S. Thomam  
Apostolum Studiorum Regens.

**SOL TRIPLEX**

*Allucutio ad Opus & Authorem*

**S**Ta Sol; Sol Triplex: ardemus Sole sub uno,  
De tribus ô! quantus Solibus ardor erit?  
Non potuit geminos orbis sufferre Monarchas;  
Tres Orbis soles quomodo ferre potest?  
An quia refrigit pietas, succendere terno  
Frigida divino pectore Sole paras?  
Efficies: Unus Sol magnum suscitât æstum,  
De tribus his quantus Solibus ibit amor?  
Ergo novus totum radiis illuminet Orbem,  
Sol triplex, toto fiet in Orbe calor.

*Hæc grati animi testandi causâ apposuit admodum R. P. Amândi  
Hermann Discipulus*

Gaudentius Carolus Golka, Can. Reg. S. Aug.  
Treb. Professus, Philosophiæ Magister, p. t. Paro-  
chus Mainetschlagensis.